

γνησιον edidit Giffae a. 1706. 8. et Corn. Nepotem interpretem (neque enim graeca extant) praefigere, et eam styli tersissimi et aurei seculi praedicare Juventutique propinare, sustinuit. Exemplar nostrum hac editione mendosius est. Confer, si lubet, Fabr. Bibl. Graec. L. II. c. 10. §. 17. p. 420.

XI. fol. 86. Regule bene uiuendi de diuersis patrum dictis extracte et hic collecte. Hoc ex calce; primum enim folium rursus deperit. Nullum isthaec Γνωμολογία seruat ordinem, Patribusque etiam Boethium et Senecam miscet. Quaedam Monachos tangunt inserta rubrica: In sequentibus tan-

*Natus homo uel humus nescio mentis inops.  
Me domini socij noti quod majus amici  
Pro scelus in medio deseruere mari.*

Facile vidi designari Henricum Septimellensem, alias Pauperem, a Florentinis suis dictum Arrigetto, unde nostrum Henricetus vel Henrichettus, de quo, et ejus

*Et dedignaris cum ratione loqui,*

lectiones aliquas habet, quas Leyserianis praeferas, estque Commentario illustratum. Ita ad v. Nuper alamannus &c. Leyf. p. 467. legas: Rex herricus filius frid. imperatoris pergens cum magno exercitu de alamannia in apuliam (contra Tancredum) perdidit apud salernum uxorem (Constantiam) et multos milites et pedites, et hoc quod reducitur ad similitudi-

git parum de monachis. Sententia postrema: Aliquis uir bonus nobis eligendus est. atque ante oculos ponendus semper. ut sic tanquam illo spectante uiuamus. et omnia tanquam illo uidente faciamus.

Per decursum Codicis variis locis inserta sunt folia Indicem in Opera Gregorii M. exhibentia. Fol. 91. p. 2. manu Sec. XV. adscriptus est Elenchus eorum, quae tunc hoc Codice continebantur, unde varia deperiisse liquet. Denique adtexta sunt manu diuersa, Sec. tamen XIV. conscripta folia duo, in quorum ora supera legas: Elegia Henriceti vel Henricheti, initiumque tale:

Elegia Leyserus Hist. Poet. med. aevi p. 450. Fabricius cum Supplem. Mansii L. VIII. p. 227. et ego alibi. Fragmentum istud, quod definit:

*nem scaccorum. Italum fuisse Commentatorem inde arguo, quod τω uexilla salutis inscripsit: li banderj.*

CCCXCII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 262 XIV. Folior. 181. f. min. per duas columnas non una manu exaratus, rubricis enotatus, et, ut praefert

fert fol. 86. donatus olim Collegio Ducali in Vienna a M. Nic. de Dünkelspühl continet sequentia: I. Incipit liber S. gregorii pape urbis rome regule pastoralis Scriptus ad Johannem episcopum rauenmat. Initium: Pastoralis cure me pondera fugere &c. ut saepe relatum. Opus integrum, lectio sat sincera, Capitum Elenchus nullus.

II. fol. 37. p. 2. Incipit Monologion. i. soliloquium Anselmi. Ita quidem frons; sed dixeris cum Poeta: Frontis nulla fides. Quatuor enim hic congestae sunt Particulae, quarum Prima incipit: Meditatio est frequens cogitatio &c. et est Hugonis de S. Viatore Opusculum de Meditatione, prout extat edit. Opp. Rothomag. 1648. T. II. p. 284. f. Altera incipit: Vita cordis amor est &c. et constituit Caput VI. et VII. Libelli de Substantia Dilectionis, quem habes in Append. T. VI. edit. Maur. Opp. Augustini col. 71. f. pariter ex Hugonis Scriptis confarcinatum. Tertia incipit: Insipientem doctus interrogas. Queris quid tibi sit faciendum pro eo quod in habitu religionis opera digna tue professioni non habes. &c. Epistola est, docens, quomodo de peccatis dolendum et pravus motibus occurrendum fit. Non reperta apud Bernardum et Anselmum, nisi Petri Bles. vel Damiani, aut Ivonis Carnot. fit, fortassis ad ipsum Hugonem pertineat, egregia et avexdoros. Quartae demum initium est: Loquar secreto anime mee

&c. unde rursus pro Anselmo habes Hugonis Soliloquium de Arrha Animae edit. cit. p. 223.

III. fol. 44. p. 2. Probemium in prologion anselmi. Init: Postquam quoddam uelut exemplum meditandi de ratione fidei &c. Atque rō meditandi forsitan Scribam in errorem induerit, ut superius de Meditatione Opusculum pariter tribueret Anselmo. Sequitur in Cod. Index Capitum idem, quem habuit Gerberonius in edit. Paris. Opp. Anselmi 1721. f. in qua Prologion nostrum legitur p. 29. a Codice vix quidquam abludens.

IV. fol. 48. p. 2. Incipit evangelium Nychodemi. Ita: Factum est in anno nono decimo imperatoris Tyberii Cesaris — hystoriatu est Nychodemus acta &c. chronologica haec, quae in edit. Fabricii Cod. Apocryph. N. T. P. I. p. 297. toti Narrationi postposita sunt, tam in Exemplo, quod Vol. I. P. I. col. 453. retuli, quam in Versionibus germ. et in edit. lat. f. l. et a. f. quae ad Augustam Vind. et Günth. Zeiner pertinet, eam antecedunt. Exemplum praesens sistit in his verbis: et per nequiciam iudeorum rursus uiuere denegatum; omnia vero non tantum dictione, sed etiam rebus ipsis mire in diversum abeunt, familiari rns νοθείας argumento. Consules nobis Rufinus et Vellio. Ad calcem adjecta Epistola Pylati ad Claudium r. quae incipit: Nuper accidit quod et ipse probavi &c. et est prima apud Fabric. cit. p. 298.

in

in edit. vero Zeimeriana ipsi Nar-  
rationi inferitur. Cetera confer  
*Cod. supracit. q. 113. lib. 5. tit. 11.*  
V. fol. 54. p. 2. *Super illo ver-  
bo misse in Canone. Ipsi domine et  
omnibus in christo quiescentibus &c.*  
Notavit frater Albertus theutoni-  
cus de ordine fratrum predicatorum  
quondam Ratisponensis Episcopus  
de mortuis in hec uerba. Excer-  
ptum tractans 1) quibus profuit  
Ecclesiae Suffragia, 2) an etiam  
damnatis, quo loco refert sententi-  
as Cantoris Parisien. Stephani

*Sit simplex humilis Confessio pura fidelis*

*Vera frequens nuda discreta libens verecunda &c.*

Altera: *Ad quid valeat confessio  
facta proprio sacerdote. Quinque e-  
molumentis subjiuntur quatuor  
Exempla, et demum, qualis debeat  
esse Confessor, 2. versiculis com-  
prehenditur.*

VII. fol. 57. sequuntur Adum-  
brationes IV. Sermonum: De S.

*Hec mea laurenti compingas carmina menti*

*Hic liber est talis tam parvus tam manualis*

*Ponderis est miri quo debes ipse poliri*

*Ornatus varios pandit per mille meandros*

*His eris armatus si cesset mente reatus.*

Et alii quidam imprecatorii in Fu-  
res. Textus, qui incipit: *Dici non  
potest dilectissime fili laurenti &c.*  
habuit *Avr. γαφορ* satis castigatum.  
Contentus cum edit. *Maur. T. VI.  
col. 195.* non nisi leviora haec of-  
fert: C. 2. *in sermone breui colli-  
gi pro in sermone colligi brevem.*  
C. 4. *Hec omnia cum requires pro*

*Cantuar. et Guilelmi Autifidor.  
de mitigatione poenae Damnato-  
rum, quas ait ab Theologis no-  
stris temporibus in doctrina florenti-  
bus abhorreri; ipse autem putat  
ratione catholica tenendum: Si  
damnatus causa fuit, ut bonum fie-  
ret per alios, toties decretere ver-  
mem, quocies bonum illud multi-  
plicatur. 3) quoniam Suffragia illa  
sint.*

VI. fol. 55. p. 2. Rubricae II.  
Prior: *Qualis esse debeat Confes-  
sio. Exponuntur 6. Versiculi:*

*Michaelis. Luce Evangeliste. Sy-  
monis et Jude. Omnium sancto-  
rum.*

VIII. fol. 58. *Incipit Eucherii  
Sancti Augustini episcopi Ad  
laurencium primicerium. Praemissi  
Versiculi quasi Autoris:*

*Haec omnia quae requiris. His qui  
contradicunt — sunt pro His qui  
contradicit — est. Eis sine dubio  
pro eis sine ulla dubitatione &c.*

IX. fol. 72. *Incipit prologus  
sancti ysidori in libro testimoniorum  
contra Iudeos. Alias de Nativi-  
tate Domini, passione, resurrectio-  
ne, regno et iudicio. Dirigitur ad  
Flo-*

*Florentiam* sororem. *Quaedam que diversis temporibus &c.* Tractatui ipsi praescriptum est: *Incipit ysidorus Toletanus*, idque in clausula repetitur. *Hispalensem* dicere oportebat, nisi ad Synodum *To-*

Codex

*Hi ergo querunt a nobis dicentes: Cur Christum, quem colitis, Dei esse filium predicatis? Quibus taliter respondemus: Ideo christum filium Dei esse credimus, quia genitum illum ab omnipotente Patre cognoscimus ipso testante &c.*

Itaque et hic *Codex* non absque operae pretio a futuro *Isidori* sospitatore consulatur. Obmutescit autem in his *C. ult.* verbis: *Hic secundus Christi predicatur Aduentus.*

X. fol. 79. p. 2. *Incipit ediciumcula diuine incarnationis.* Puta totam humanae salutis *Ομοιομοιαν* compendio enarratam a creatione *Mundi* ad ejus consummationem, digestam in Titulos margini adscriptos, quorum primus de *Trinitate* incipit: *In principio principium sine principio et finis sine fine deus &c.*

*Qui legis hec cura tristis de morte futura.  
Quemuis securum Ve non finit irruiturum.*

Capitulum Tituli: *De Nomine. De quibus nascatur. Quomodo nascatur. Vbi nascatur. Quid agat. De Miraculis. De Enoch et Helya. De sine Antichristi. C. 1. init: Igitur de antichristo scire volentibus primo noueritis, quare sic uocatus sit.*  
*Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

*letanam* a. 633. respicias, cui *Isidorus* praesedit. Textus frequenter ab edit. *Parif. 1601. p. 543.* utque non desit exemplum, en, quae mox *C. I.* discrepent:

Editio

*Ad quorum repellendam perfidiam quaedam ex veteri Testamento adgregauimus testimonia, quibus Christum genitum ab omnipotente patre cognoscant, ipso testante &c.*

Sequitur: *De primo homine. Arbor mala. De Diuino. De etatibus. De condicione hominis &c.* In natiuitate Christi et fuga non omittuntur *Eclipsis, Circulus solaris, Fons olei, Arbor, Cassiodoro* teste, se inclinans, *Idola Aegypti*, et similia sublesta. Desinit tota Narratio in *Currum mysticum IV. Euangeliorum*, ubi monet Autor, qui passim argutias adfectat: *ne dum egregie equitare conaris, in labyrinthum delabaris.*

XI. fol. 84. p. 2. *Incipiunt prognostica de antichristo.*

*Ideo scilicet, quia christo in cunctis contrarius erit &c.* Haec, ut *Libellum* ab aliis ejusdem furfuris jam relatis dignoscas.

XII. fol. 86. p. 2. *Speculum Marie.* Illud nempe, quo *Bona-ventura* per 18. *Capita Salutatio-*  
K k k nem

nem Angeli expendit. Initium est: *Quoniam ut ait Jeronimus nulli dubium est &c.* Extat *Opp. T. VI.* edit. *Lugd. p. 429. 1668. f.* Nobis pariter integrum, sed post *Prologum in Capita 17.* tributum.

XIII. fol. 110. ἀδελφότητος Expositio Pfalmi *Miserere*, quae incipit: *Miserere mei deus &c. Septem sunt defectus impellentes hominem ad querendam misericordiam &c.* Proceditur *σινχως*, et mox occurrit Exemplum de *Prio-*

*re* propter debitum V. marcarum argenti exfolvendum cum *Fratribus* anxie deliberante, et *Portario* adnuntiante Matronam, quae totidem *Marcas* ultro adferret. Dicas *Autorem Ordinis Praedicatorum.* Ita fane. Ad v. *Libera me de sanguinibus &c. fol. 124.* sic ille de se: *De supradictis occasionibus ego frater Siboto memini me aliquando uersiculos fecisse. quos duxi huic opusculo inserendos:*

*Qui christum sequeris, uenerem fuge, ne uenereris.  
Sic uenerandus eris, nec ab illecebris capieris &c.*

usque ad numerum 33. En igitur *Scriptorem Bibliothecariis Ordinis sui T. I. p. 475.* paene ignotum, cuius tamen plura tibi *Vol.* hujus *Index* commonstrabit.

XIV. fol. 134. *Traëtatus de X. preceptis.* Init: *Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Verba ista scripta sunt in Mattheo et sunt saluatoris nostri in quibus explicat nobis summam totius nostre salutis &c.* Video *Expositionem* hanc in *Sermones* tributam dari *Bonaventurae* edit. *Opp. cit. T. VII. p. 1.* reclamante haud immerito *Oudino T. III. col. 412.* propter admixtas *pias fabellas*, quae *Bonaventuram* non sapiunt, et contendente, referendam esse ad *Gottscalcum Hollen Eremitam Augustin.* esseque meram *ἐπιτομην* vasti illius *Praeceptorii* sub exitum *Sec. XV.* non semel prelo subjecti, cuius *Editio Colon. 1489.* per *Job. Koelhoff* f. mihi sub oculis est. At vero decepit *Oudinum Locus Matthaei:*

*Si vis ad vitam ingredi &c.* quem certe et *Noster*, et *Gottscalcus* *Scriptioni* suae praefixit; deinceps enim cetera prorsus in *diversum* abeunt, nihilque ex utriusque *comparatione* erui potest, quam *Traëtatum nostrum Gottscalco*, dum *Praeceptorium* suum conscriberet, ignotum non fuisse. Quod nodum porro penitus difsecat, aetas est. Nam *Gottscalcum* anno primum 1481. obiisse constat, *Codex noster* saltem sub *Sec. XIV.* finem exaratus est. Igitur, si quid video, et *methodus*, et *stilus*, et *manus* eadem, quae *Expositionem* supra relatam in *Miserere* scripsit, ad *F. Sibotonem O. P.* redeundum suadet.

XV. fol. 142. p. 2. *Incipit traëtatus de VII. Sacramentis.* Ita: *De Sacramentis in summa videndum est primo quid sit sacramentum. quot sint sacramenta. que diuisio sacramentorum. et quare sint instituta sacramenta &c.* Agitur *pri-*

primum generatim, dein de Baptismo, Eucharistia, quibusdam verbis in Canone, Ordine, et Confirmatione, ubi ad verba: *quod apostoli missi sunt ad eos quos conuerterat phylippus*, calamum excussit Librarius. De Sacramento Altaris lego: *ideo etiam sumitur sub utraque specie, ut designetur per hoc quod christus utrumque assumpsit scilicet corpus et animam.* An id de folis Sacerdotibus? Ceterum Hugonem de S. Caro excitari non femel video, qui a. 1260. fatis cessit, nec multum haereo, an hanc quoque Institutionem ex iisdem rationibus Sibotoni tribuam. XVI. fol. 146. caractere luculento: *Prologus in vitam beati Corbiniani episcopi et confessoris.* Initium: *Cum cupimus ad edificationem audiencium beati Corbiniani vitam stilo breuissimo explicare &c.* Habemus igitur *Aribonis, Erbonis*, a Theotisco *Erib, Erb* latine etiam dicti *Heredis*, quin *Cyrimi* a graeco fortasse *Κυρω* nascitur, Sec. VIII. quarti *Frisingensium* Episcopi Acta *Corbiniani* Antecessoris et primi Ecclesiae illius Praefulis. *Prologum* in Codice sequuntur *Summaria Capitum XLVI.* re ipsa *XLVII.* et mox: *Incipit uita sancti Corbiniani episcopi*, hoc tenore: *Uenerandus igitur dei famulus Corbinianus Ortus fuerat ex regione Melitonensi. in uico natus qui dicitur Castrus &c.* Primus hanc Vitam undeunde acceptam edidit ad diem 8. *Sept. Laur. Surius* libertate, qua solebat, in perpolianda dictione usus, atque ex eo *Mabillonius* in *Acta SS. Bene-*

*dictinor. Sec. III.* transtulit. Sinceriorem nactus in Cod. *Benedictoburano* ante annos, ut ait, fere septingentos exarato *Car. Meichelbeckius* *Historiae* suae *Frisingensi* T. I. P. II. *Aug. Vindel.* 1724. f. inseruit, unde Hagiographi *Antwerp.* T. III. *Sept.* p. 281. praesentarunt. Ab hoc porro Exemplo parum abludit nostrum; videtur tamen etiam *Meichelbeckius* non prorsus abstinuiffe manum ab emendendo Codicis sui stilo. Ita statim c. I. pro *mundialem concupiscentiam* habet *mundi concupiscentiam &c.* In aliis diversa est lectio. Ita eod. c. *pauperes recreare* omittit *quantum poterat*, pro *mentis duritiam* habet *insaniam*, ad *dei virtutem in suam mutarent insaniam* omittit *suam*, item a *gravi sompno suscitare* omittit *suscitare*, pro *quamuis inopia consummari debuisset*, legit, *quamuis inopia vita expirasset &c.* Illud addam: Locum illum c. 5. nobis 24. de Fonte per annos XL. exarescente: *Cum autem uir dei obisset — Sed ad bystorie narrationem redeamus*; quem, quod in Cod. *Benedictoburano* non compareret, interpolationem habuit *Meichelbeckius*, totidem verbis, quot in *Suriano*, legi etiam in nostro Codice, unde suspicio Hagiographorum *Comment. praevii* §. I. et VI. de luxato potius Exemplo *Benedictobur.* conualescit, quamvis illi Exemplum nostrum nunquam viderint.

XVII. fol. 167. p. 2. eleganter exarata, notisque musicis instructa *Liturgia*, five Chori et Mis-

fae Officium de S. Corbiniano. Incipit a Tropo seu Prosa: *Adest beatissimi Corbiniani diei electa festiuitas. Gratulantes hodie iubilent catholici letabundi. Memor nostri ora pater, quatenus relictis sordibus terrenis uniamur christo ymnologis zeumatibus (ζευμα) adherentes ei in eternum. Evovae.* Id, quod literas vocales τϛ s̄ *EcVIO. rVm AmEn* exprimit, ne quis Bacchicum illud *Ev̄ ūe, Evoe* arbitretur. Sequuntur *Responsoria, Versus, Ymnus, Antiphonae, In-*

*Laus sit regi glorie  
Cuius formam gratie  
Solis splendor obstupescit*

## CCCXCIII.

- U. 261 Codex chartaceus lat. Sec. XV. et XIV. Folior. 354. f. non una manu per duas columnas exaratus, rubricis enotatus, et olim, ut frons praefert, a *M. Andrea de Weytra art. et sac. pag. Professore, ad D. Stephani Canonico et Collegii B. M. V. Rubee Rose apud fratres predicatorum in Vienna Superintendente eidem Collegio legatus praevio Contentorum Elencho* incipit a *Pastorali Gregorii M.* Praemittitur *Index Caputum* idem, qui edit. Maur. Paris. 1705. T. II. Opus inchoat: *Pastoralis cure me pondera fugere &c.* Lectio subinde claudicat; est tamen, ubi Codicem audire malis. Ita ad *Praef. finem: qui pondus magisterii tanto levius aestimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant; certe*

*uitatoria, Missa, atque omnia ista Titulum praeferunt: Hystoria sancti Corbiniani Episcopi Ecclesie Frisingenss.* quo titulo illa reperi in *Breviario Eccl. Putaviensis* curante *Leonardo Allantse Bibliopola Vien.* impresso *Venetis 1505.* 8. non tamen ad VIII. *Sept.* sed ad XX. *Nov.* quo die ejus *Translatio* celebratur. Ad calcem alia, sed aequae antiqua manu adscripta est ad notulas muficas *Sequencia de sancta Agnete:*

*In orto ecclesie  
Lydia colligere  
Tamquam sponsus dum processit &c.*

rectius noster: *quanto vim gravitatis &c.*

II. fol. 52. sequitur *Gregorius super cantica.* Initium: *Postquam a paradisi gaudiis expulsum genus humanum &c.* Abjudicaverat ab *Gregorio* Expositionem hanc *Petrus Guffanvillanus*, sed reddere bono jure *Mauriani*, ut habes T. III. col. 397. Codex noster ad calcem: *Explicit liber sit scriptor crimine liber, et rubro: Explicit exposicio gregorij super cantica.*

III. fol. 88. ut in calce: *Tractatus dulcissimus Beati Bernhardi super evangelium Johannis videlicet: Ante diem festum sciens ibesus quia venit hora eius &c.* Ita creditum, donec moneret Card. *Joh. Bona* Sermones hos XV. de *Verbis Domini in Coena* cum Prooemio esse posterioris cujusdam Abb. *Ogerii* seu *Oglerii Lucidenf.*